

3
S 634
THESES
Περὶ τῆς ἐπιδημίας.

Q V A S

ADIVTORE MEDICO
OPT. MAX. DEO
TRIVNO,

Ex amplissimi ac gratiosi
Medicorum Basiliensium
ordinis decreto, pro sum-
ma Laurea in arte Medica
consequenda, ad 10. Se-
ptembr. publicè defenden-
das suscipiet, hora & lo-
co solitis,

JACOBVS VOLLGNADT

SVINFVRTENSIS
FRANCVS.

BASILEÆ,
Typis CONRADI VVALDKIRCHII.
CLO IO XCIII.

AMPLISSIMO
VRBIS IMPERIALIS
SVINFVRTI,
PATRIAE,
SENATVI,
DOMINIS SVIS CLEMENTISS.
HASCE DE EPILEPSIA
THESES
AVTHOR
SACRAT.





DE EPILEPSIA.

THESIS I.

ESTER innumera ea quæ Homini, Dei opificis creaturæ nobilissimæ quotidie accidere solent, horrendum admodum malum est illud, quod ἐπιληψία ὡπὸ τῆς ἐπιλαμβαίνεσθαι, Græcis: Latinis morbus caducus, Comitialis, Lunaticus, sacer & Herculeus, vt & puerorum mater quandoque vocari consuevit, habita nimirum ratione vel symptomatum, vel loci vel causæ efficientis, vel eorum qui frequentius eo corripisoleant.

II.

Est autem Epilepsia conuulsio totius corporis, non quidem perpetua, verum per interualla cum sensus ac functionum principum lesione subitò corpus prehensens.

III.

In genere animalium actionum partim lesarum & abolarum principum puta & sensitiuarum: partim deprauatarum, motricum scilicet, symptoma statuitur.

IV.

Malum istud plurimos quamuis affectus sibi cognatos habeat, velut sunt, Apoplexia, vertigo, incubus, vteri præfocatio, &c. ab inuicem tamen proprijs signis facillè discernuntur.

A 2 Ad

V.

Ad causam verò Epilepsie quod attinet, tot ea intricata est difficultatibus, tamq̃ varia à doctissimis viris statuitur, vt nullus ferè affectus inueniri possit, in cuius inuestiganda caussa tantoperè tùm veteres, tùm recentiores discrepent Medici.

VI.

Nos tamen in nullius verba iurare decreuimus: statuentes, oriri Epilepsiam à caussa morbifica, vel cerebri ventriculos obstruente: vel eius substantiam aut membranas qualitate maligna afficiente: vnde Cerebrum ad excutiendum id quod noxium est, magno cum impetu insurgit, nervos ac musculos omniū totius corporis partium in auxilium quasi prouocat & contrahit: hinc tam nobile corpus tam diris conuulsionibus variè concutitur.

VII.

Sunt porrò caussæ tanti mali duplices: Externæ vel Internæ.

IIX.

Externæ seu *περὶ αὐτῶν* sunt omnes, res non naturales, Medicis sic dictæ, non conuenienter vsurpatæ, veluti sunt: aër fæda qualitate aut intemperie corruptus, cibi & potus in Substantia, Quātitate, Qualitate, Tempore, & vtendi modo vsus perniciosus. Somnus nimius & diurnus: vigilie modum excedentes. Labor omnis & agitatio corporis superflua, præsertim in plethoricis & Cacochymicis, Quies & ociosa vita, Excretiones alui, Mensium, Hemorrhoidū, &c. suppressæ. Ira, Timor, & quæ alia sunt animi pathemata.

Nec

I X.

Nec incommodè hùc referri possunt ea, quæ ab occulta proprietate Epilepsiam inducere creduntur, & sæpius obseruantur, cuiusmodi sunt: Odor Cornu Caprini incensi, lapid. Gagatis, Sulphuris, Myrrha, Apj, &c.

X.

Sed nec modo vllò prætermitti debent, quæ verè externæ sunt & euidentes: Casus, percussio, ictus, &c. in Caput, vel aliud membrum neruosum, morsus item animalium venenatorum, applicatio item rerum venenosarum, quæ omnes, cum præmissis, externæ causse corpus vel præparare & disponere, vel materiam subministrare atque causas ipsas generare, vel causas commouere manifesta vel occulta proprietate & paroxysmos Epilepticos excitare possunt.

X I.

Internæ causse, aliæ sunt Antecedentes seu remotæ, aliæ Coniunctæ seu proximæ.

X I I.

Remotæ seu ἀπορροιαὶ, ex quibus proximæ huius morbi causse prodeunt, sunt: ¹ Cerebri vel totius Corporis mala temperatura: ² Facultatum Concoctricis atque expultricis imbecillitas: ³ Meatum, per quos Cerebrum sua recrementa expurgare naturaliter debet, angustia & adstrictio. Quæ omnes, tum excrementa multa progenerant, tum progenerata non expellunt, siue eadem dispositiones prauæ à primordio contractæ sint, siue post ex mordinata vita superueniant.

XIII.

Συνεκτικαὶ Coniunctae seu proximæ à nobis statuuntur:
¹ Humores, qui tum ventriculos Cerebri, tum Nervos ipsos aliquo modo vel obstruunt: velut pituitosi, Melancholici, quib. vti plurimū flatus admixti sunt & vapores.
² vel rodunt & vellicant, vti humores biliosos quamvis raro; & pituitam acidam, salsam, vel qualitate alia noxiam, admittimus. ³. Flatus & vapores acres & venenatos à Lumbricis, semine corrupto, Mensibus suppressis, &c. quæ omnia naturā partium principalium ad noxiorum expulsionem stimulant.

XIV.

Ab Humoribus tamen facta obstruclio in Epilepsia tanta non est, ut quæ Cerebri ventriculos occupare penitus & obstruere possit: potius etenim Apoplexia, quàm Epilepsia tunc exsurgeret.

XV.

Ex causis prius enumeratis videre licet, tres Epilepsiae differentias constitui, quarum ¹ Cerebro primò & per se affecto, materia scilicet in ipso capite existente oritur, atq; ἐπιληψία isthæc propriè dicitur. ² Per ventriculi & proximarum partium consensum provenit, ³ Ab alijs siue internis siue externis corporis partibus, nimirum Vteto ob impregnationē, quod Experientia sæpius testata est; suppressionem Mensium; corruptionem seminis, secundinarum retentionem, &c. Sic à vermibus ex intestinis, sic à virulenta aliqua aura ex pedibus, manibus, & alijs ad Cerebrū prorepente, trahit originē, quam ultimā καὶ ἐπιληψίαν appellant.

Præ-

XVI.

Præter has aliæ quoque sunt Epilepsiæ differentiæ, quod alia sit congenita, alia ob vitæ errata contingens, alia periodica, alia periodos certas non seruet, aut semel depulsa non redeat, &c.

XVII.

Ceterum signa quoque hinc adducenda sunt, ¹ quæ accessionem Epilepticam futuram indicant, ² præsentem verè demonstrant, ³ ac tandem quid spei, commodi vel incommodi sperandum sit, prognosticando indicare possunt, quod sanè plurimum ad curationem rectè instituendam momenti habet.

XIX.

Futuram verò Epilepsiam corporis animique inconstantia cum motu minimè voluntario, tristitia, obliuio, somniorum variæ ac turbulentiæ imagines, Capitis dolor & grauitas, vertigines, mentis ac sensuum veluti stupor, tremor, spirandi difficultas, linguæ & loqueliæ hæsitantia, faciei color pallore fœdatus, urinae cruditas, &c. indicant.

XX.

Præsentem iam subitus cum partium corporis varia ac stupenda concussione, sensuum ac mentis amissione, in terram prolapsus ostendit: spuma ex ore profluit, vesicæ ac aluicrementa, nec non in quibusdam semen inuoluntariè prorsus extruduntur, &c.

XX.

Ne tamen in Curatione rectè instituenda ullus committatur error, probè distinguenda sunt signa Epilepsiæ, quam per *idiopathicam*, ab eius quæ per *symptomaticam* fieri antè diximus.

XXI.

Cerebrum itaq; primario affectum esse, signa quæ sunt
turam indicare Epilepsiam Thesi XVIII. diximus, sal-
tem vehemens addatur cōuulsio subito & absq; ulla ascen-
dentium vaporū, aut partium inferiorum affectionis præ-
sensione inuadens, commonstrant.

XXII.

Eam verò quæ ab ore ventriculi consortij lege oritur,
consignant: oculorum suffusiones, ventriculi morsus, do-
lor, nausea, distentio, inedia difficilis tollerantia, & quan-
doq; animi defectiones. Liberatur hij ab accessione vomitu
aliàs pituitoso, aliàs bilioso, aliàs mixto, &c.

XXIII.

Si ob Hypochondria malè affecta: Si ab Epate, Liene,
Vtero, vermibus, semine corrupto, &c. malum istud tra-
xerit originē, ex proprijs signis idipsum colligere difficile
nō erit, cum unaquæq; pars pprias suæ tūm valetudinis,
tūm ægritudinis notas exhibeat: Sin à parte aliqua ex-
terna, manu, pede, &c. ex patientis relatione constabit.

XXIV.

Sic Humorum quoq; peccantiū, pituitæ, bilis, Melan-
choliæ: sic quæ congenita, quæ pōst contracta sit Epile-
psia: signa propria certò monstrabunt.

XXV.

Προγινώσκοντα quoq; signa valdè sunt necessaria, ut quid
Medico faciendum sit, elucescat: desperatis etenim manus
Medicas adhibere Hippocrates prohibet, nè diffamentur
remedia, quæ quā plurimis salutis fuere. Quib. verò aliquid
adhuc spei superest, artis nostræ p̄sidijs nè derelinquamus.

XXVI.

In omni igitur Epilepsia quantò paroxysmi sunt vehementiores, longiores, crebriores, tantò sunt deteriores: & nisi statim iugulent, grauissimū & incurabile malum longo tempore ea affecti circumferunt.

XXVII.

Præterea omnis quæ à Capite trahit originem, periculosior longè est ea, quæ ab alijs partib. Item desperata res est, ubi nullum partis, in qua caussa delitescat, et unde tam seua, pdeant symptomata, signum certum inuenire licet.

XXIX.

Et licet Epilepsia imprimis perniciosa sit & lethalis ut plurimum pueris, quos etiam propter paroxysmorū vehementiam intra quartum vel septimum diem quandoq; iugulare solet: eorum tamen plurimi si superuiuant, etatis permutatione, ut puellæ mensium eruptione, liberantur.

XXIX.

Sic ea quoq; Epilepsia, q̄ altas iam egit radices: quæ uel hereditaria est: quāuis exstirpari difficilimè possint, aut etiā incurabiles prorsus credantur: semper tamē ad debellandum, pfligandumq; hostē tam atrocissimū neruos intendamus, cum plurimos, DEI benignitate, ac nostris qualibuscunq; auxilijs, aut penitus liberatos esse, aut saltem paroxysmorum vehementiam ac frequentiam mitigatam fuisse, testis sit experientia.

XXX.

Vt plurimum verò Epileptici fiunt Melancholici, & Melancholici econtrà fiunt Epileptici.

A 5 Ad

XXXI.

Ad curationē, quæ vel $\pi\epsilon\pi\phi\lambda\alpha\zeta\iota\varsigma$ & p̄seruatoria est:
vel $\delta\iota\epsilon\gamma\gamma\epsilon\iota\alpha$, & ipsi paroxysmo debetur, nūc accedendū.

XXXII.

Velut aut̄ in omnib. morbis curandis vel præcauendis,
tribus potissimū instrumentis Medici utuntur: sic in hoc
quoq; malo tūm p̄cauendo, tūm curādo¹ Dietā. ² Phar-
maciam. ³ Chirurgicas operationes, saltem attingemus,
idq; quā possūmus breuissimē.

XXXIII.

Ad dietā quod attinet, cū diuersissimæ à p̄stātissimis
viris causse & statuātur, et praxi quotidiana obseruētur,
quæ tam horrēda mala inducere possunt: Merito p̄ diuer-
sitate earundē omnis quoq; in sex reb. nō naturalibus ra-
tio & administratio diuersa erit. Quod tamē boni Medici
iudicio, cui & titulo & re ipsa, salua cum conscientia, boni
Medici nomē & obtinere & tueri religio est, tutō cōmit-
ti possunt & debent, nec certus hīc modus aut ratio in ge-
nere, q̄ omnib. competere possit, præscribere possibile est,
cū nō homo tantū, sed quisq; hominū curari debeat.

XXXIV.

Et ut cōcoctionis, sic quoq; purgationis gradus esse de-
bent: quare ad præparatiā prius nostra sit aptata intētiō.
Ea aut̄ per æquē, ac quæ in dieta p̄ causse morbigicæ di-
uersitate obseruanda diximus, diuersa sint oportet. Saltē
hoc obseruetur, ut semper tam p̄parantib. quā euacuan-
tib. ea, quæ & pprietate & qualitate manifesta, siue ad-
sumta, siue adplicata tātū, huic malo resistere credūtur,
velut sunt: Craniū humanū, Smaragdus, Cornu cerui, un-
gula Alcis, pæonia, ruta, &c. addātur.

Hinc

XXXV.

Hinc ad euacuantia remedia transeundū est, in quorum tecmarsi Medico nihil certi p̄scribi potest aut debet: ille enim optimē iuxta affectus & circumstantiarum exigentiam vera arte & iudicio certo, quæ necessaria & utilia sunt, p̄scribere poterit.

XXXVI.

Materia à Capite auertenda postmodū erit phlebotomia, Cucurbitulis, Hemorrhoidum apertione, Chysteribus, suppositorijs acrioribus, frictionibus, ligaturis, masticatorijs: tandem etiam cauterijs tūm actualibus, tūm potētiālibus, si præcesserint leuiora, nimirū Dropaces, sinapismi, &c. nec multū iuuerint. quorū tamen omnium, rectā administrationem & usum recta ratio gubernabit.

XXXVII.

Quæ Cerebrū ipsum roborare, concoctionē adiuuare, natiuū ventriculi, Epatis, &c. calorē confirmare, humores prauos, si qui relictī fuerint, resoluerē & absumere, in primis verò malignitati, quæ ut plurimū in hoc malo tyrannidē exercet, resistere possunt, exhibenda quoq; erūt; velut præ alijs cōmendantur: Theriaca, Mithridatiū, diamschu dulce, diapliris, &c. pulueres, Cōdita, Electuaria, æquæ cōpositæ, etc. Siue p̄ se sola, siue cū alijs et quidē ijs q̄ à pprietate hūc morbū curāt, remista. Vsus itē ligni Guaiaci, & ræ Parillie, radic. Chynæ, etc. plurimū iuuare pōt.

XXXIX.

Quæ exterius adplicata, Cerebrū roborare possunt, varia quoq; sunt: Cucupha, Embrocha, aut lotiones capitis, Fetus cum spongia, &c. q̄, breuitati studētes, omittimus.

Si

XXXIX.

Si Epilepsia vitio alicuius partis cum cerebro conjunctum habentis, contigerit, illius membri affectus, secundum quod exegerit, curandus erit.

XL.

Sin ab aliqua parte subiecta per consensum, elato ad Cerebrum vapore, istud malum oriatur: strictioribus ligaturis, vaporibus viam intercludentibus, succurrere: dehinc verificatione & ulcere in ea parte excitatis, materiam euacuare possumus, &c.

XLI.

Tempore verò paroxysmi, unicam Medicus intentionem habet, releuationem videlicet à paroxysmo, quod fit diuertendo à Cerebro humores & vapores quicunque illi fuerint, sternutatorijs, cauterijs: item, quæ discutiendi vim habita sunt, exhibitis, quorum magnus est numerus. Remoueantur verò omnia, quæ vaporosa sunt, item quæ à proprietate malum istud excitare possunt, &c.

XLII.

Περίσπυλα seu amuleta & τέλαρα, ut non omnino improbamus: sic quoque non multum probamus. Plus siquidem superstitionis, quam utilitatis obtinent.

XLIII.

Velut eos quoque, qui tantis laudibus sua ex sanguine humano, &c. parata remedia efferunt, ac tantis virtutibus dotata prædicant, laudare non possumus, & diabolica figmenta potius esse credimus.

μόνον τῷ Θεῷ δόξα.

FINIS.